



**Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente  
XI. editas

**Luxemburgi, 1739**

CLV. De celebratione Capituli Generalis Congregationis Piorum  
Operariorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](#)

& id ipsum postulantibus locorum Ordinariis, se mancipari faciant, & ita relaxata disciplina regulari, spretaque Superiorum obedientia fine locis vagentur, pecuniasque retentas in pessimos usus convertere, & si forte Superior Religionis id eis impedit prætendat, statim recursus non solum ad eosdem Nuncios, sed etiam ad Tribunalia Sæcularia interponant: ex quibus omnibus non solum præfato Conventui maximum detrimentum, sed & Ordini prædicto inexplicabile dedecus, cum notoria, ac pessima vita Regularis, Votorumque emissionis relaxatione, & obedientie jactura afferri soleat, ipse Andreas Prior Provincialis tot malis occurrere exoptans, Prælati Superioribus, & localibus Conventuum, Prioribus Provinciæ, & Ordinis prædictorum præsentibus, & futuris sub excommunicationis, ac privationis vocis actiæ, & passiæ, nechon officiorum penitio eo ipso ablique alia declaratione incurriendis, ne de cætero fratribus Musicis licentiam exendi e Monasterio ad festivitates celebrandas in aliis Ecclesiis, quam prædicti Ordinis, excepta Capella Regia, vel quando Communitas ipsi cum Cruce ad eas peragendas accedit, concedere audeant, seu præsumant per Nos prohiberi, & indulta habitus retenti, aliasque gratias similes tam a fede prædicta, quam ab illius Nuncio desuper obtenta revocari plurimum desideret: Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

*S. 1.* Nos igitur ipsius Andreas Prioris Provincialis votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensio-  
nis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis senten-  
tiis, censuris, & penis, a jure, vel ab homine  
quavis occasione, vel causa lati, si quibus  
quomodo ibet innodatus existit, ad effectum præ-  
sentium dumtaxat consequendum harum serie  
absolventes, & absolutum fore censemtes, hujus-  
modi supplicationibus inclinati, de venerabilium  
frarum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis,  
& consultationibus Episcoporum, & Regu-  
larii, qui relationem dilecti pariter filii moderni  
Procuratoris Generalis Ordinis hujusmodi  
super præmissis ad eosdem Cardinales transmis-  
sam attenderunt, consilio, superioribus quibusvis  
cumque prædicti Ordinis, sub penis, ut peti-  
tur, excepta illa excommunicationis, ne deinceps  
licentiam super præmissis ullen tenus conde-  
cant, auctoritate Apostolica, tenore præsen-  
tium prohibemus, & interdicimus, salva ta-  
men semper in præmissis auctoritate Congrega-  
tionis eorumdem Cardinalium.

*S. 2.* Non obstantibus constitutionibus, &  
Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus  
sit, Provinciæ, Ordinis, & Conventuum præ-  
dictorum, etiam Juramento, Confirmatione  
Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis  
statutis, & confuetudinibus; privilegiis quoque,  
Indultis, & literis Apostolicis in contrarium  
præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis,  
& innovatis. Quibus omnibus, & singulis,  
illorum tenores præsentibus pro plene, & suffi-  
cienter expressis, ac ad verbum insertis ha-  
bentes, illis alias in suo robore permanentibus ad  
præmissorum effectum hac vice dumtaxat spe-  
cialiter, & expresse derogamus, ceterisque con-  
traris quibusvis.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub  
Annulo Pictoris die XXII. Februario MDCCXVII.  
Pontificatus Nostri Anno Decimo-septimo.

Preces Pro-  
vincialis pro  
prohibitione  
sub excom-  
munications  
pena, & pri-  
vationis utri-  
usque vocis,  
ac officio-  
rum.

Prohibitio  
præl. sub pri-  
vationis vo-  
cis, & offi-  
ciorum po-  
na tantum.

Clausulae.

Confirmantur binæ resolutiones Capituli Gene-  
ralis Congregationis Presbyterorum Piorum  
Operariorum de celebratione ejusdem Capituli.

*Constitutiones confirmatae fuere a Greg. XV. Conf.*  
*edit. 1621. Apr. 1. P. 1. & Urb. VIII. Conf.*  
*edit. 1634. Nov. 6. P. 12. Hujus Pontificis*  
*Conf. ed. 1712. Jan. 3. P. 12. concessa fuit Ec-*  
*clesia, & Collegium S. M. Montium de Urbe*  
*Et Bened. XII. Conf. edit. 1726. Junii 3. P. 2.*  
*interdicitur omnibus sibi assumere nomen Piorum*  
*Operariorum.*

### CLEMENS PAPA XI.

*Ad futuram rei memoriam.*

Dat. 1. Apr.  
1717. An. 17.

Resolutiones  
præd. anni  
1716. editæ  
reformantes  
Constitutio-  
nes, sunt, de  
celebratione  
Capituli singu-  
lorum trien-  
niis de Of-  
ficiis trien-  
naliis & de  
numero tri-  
cenario su-  
fragatorum.

**E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Pra-  
positus, & Capitulum Generale Congrega-  
tionis Presbyterorum Piorum Operariorum nun-  
cupat, quod in eorum Constitutionibus inter  
cetera potissimum ex Cap. 20. eruitur, quod  
Capitulum dictæ Congregationis singulis annis  
cogi, omniaque ejusdem Congregationis Officia  
ad annum esse debeant; Itidem in Capitulo 3.  
earumdem Constitutionum constituitur, quod in  
receptione vocalium, omnes, qui decennale  
tyrocinium in ipsa Congregatione laudabiliter  
explaverint, admittantur, & alias, prout præ-  
dictis Constitutionibus, que a fel. rec. Grego-  
rio XV. & Urbano VIII. Romanis Pontificibus  
Prædecessoribus nostris Apostolico munimine in  
forma specifica roborata, atque ab ejusdem Con-  
gregationis initio huc usque servata fuerunt ubi-  
lius afferunt contineri; Quoniam vero jam pri-  
dem compertum fuit, prædictas ipsius Congrega-  
tionis Constitutiones, que primum in Civi-  
tate Neapolitana ortum habuit, & subinde quo-  
que extra Regnum adolevit, in ejus exordio  
optime accommodatas, nunc aliquo modo pro-  
gressum, & bonum ipsius regimen impedire,  
ideoque anno proxime præterito in Capitulo  
Generali statutum fuit, ut idem Capitulum futu-  
ris temporibus, nonni triennio expletio cele-  
braretur, dictaque Officia deinceps triennalia  
forent, utque vocales ad numerum tricenarium  
reducerentur; ita ut in casu vacationis tantum  
alii juxta formam prescriptam admittantur,  
prout in resolutionibus defuper habitis fusis  
asseritur etiam contineri. Porro cum die 24.  
Mensis Julii proxime præteriti ad enixas preces  
dilecti filii Moderni Procuratoris Generalis ipsius  
Congregationis dictæ due resolutiones in infra-  
scripta Congregatione Cardinalium relata fu-  
sent, ipsa Cardinalium Congregatio die 25.  
Septembris dicti Anni illas confirmandas esse cen-  
suit, verum quia quidam prædictæ Congrega-  
tionis Piorum Operariorum Presbyteri, qui  
huius Congregationi ad præscriptum primitivæ  
Regule nomen dederunt, eorum præjudicium  
quoad restrictionem vocalium deduxerunt, præ-  
dicta resolutio ita moderata fuit, ut sine illo-  
rum, qui memoratam Congregationem ante  
publicationem Decreti hujusmodi ingressi fue-  
runt, præjudicio, procederet, sed adversus præ-  
dictas duas resolutiones, nonnullis ex eisdem  
piis operariis reclamantibus negotium iterum ad  
eandem Congregationem Cardinalium deduc-  
tum fuit, & partibus utrinque voce, & scriptis  
acerime informantibus, dicta Congregatio  
Cardinalium stetit in decisio-

A Coggregat.  
Episc. & Reg.  
approbatæ  
fuere sine  
præjudicio  
eorum, qui  
jam antea  
Congrega-  
tioni nomen  
dederant.

Preces Ca-  
pituli.

*excom-*

Confirmatio  
recensitatum  
refolutio-  
num.

Clausulae.

excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa lati, si quibus quomodo libet innodata existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absoltas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium praepofita plures emanata, ac ad alios Regulares extensa, per quae decernitur, quod Fratres Ordinum Mendicantium ab Ordinariis Locorum, seu ab aliis Regularibus prohiberi minimè possint, quin per se ipsos in locis, ubi habent Conventus, eleemosynas querant, sed tantum, si extra loca, ubi Conventus reperiuntur, queritare voluerint, suorum Superiorum licentiam Ordinario ostendere teneantur per Nos confirmari plurimum desiderent. Nos ipsos exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulare personas a quibus excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa lati, si quibus quomodo libet innodata existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absoltas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepofitorum consilio, binas resolutiones predictas a memorato Capitulo Generali factas, ut praeferatur cum omnibus, & singulis in eis contentis auctoritate Apostolica tenore praesentium pro nunc confirmamus, illisque inviolabilis Apostolica firmatis robur adjicimus, ac omnes & singulos juris & facti defectus, si qui desuper quomodo libet intervenerint, supplemus; salva tamen semper in praemissis auctoritate memorata Congregationis Cardinalium.

Decernentes easdem praesentes literas firmas, validas & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sive in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Caesiarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Congregationis Piorum Operariorum praedictorum, etiam juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Confuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodo libet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contraria quibuscumque.

Datum Rome apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die I. Aprilis MDCCXVII. Pontificatus nostri Anno Decimo-septimo.

CLVI.

Confirmantur Privelegia, & Decreta Congregationis Episc. & Reg. ne quis vetat eleemosynam quæriter Fratribus Discalce. S. Francisci Strictioris Observ.

Inn. XII. Conf. ed. 1697. Maij 4. P. 6. declarata fuere quædam Privelegia FF. Strictioris Observ. Benedicti XIII. Conf. ed. 1725. Dec. 10. P. 2. confirmantur Privelegia Mendicantium. Et Conf. ed. 1727. Sept. 20. P. 4. Provincia Reformata Vallis de Mazzara conceditur receptio eleemosyna pro Missis.

Dat. 8. Julii  
1717. An. 17.

CLEMENS PAPA XI.

*Ad perpetuum rei memoriam.*

Preces Fratrum Provincie Matritensis, aliorumque Canobiorum pro confirmatione facultatis querendi eleemosynam.

Exponi Nobis super fecerunt dilecti filii Fratres Discalceati Provincie S. Josephi Matritensis, omniumque Regnorum tam in Hispaniis, quam Conventuum ubique existentium Ordinis S. Francisci Strictioris Observantiae numerupat, quod ipsi privilegia eis a fe. rec. Sexto PP. IV. Praedecessore nostro in §. VIII. Bullæ Auri concessa, necnon Decreta a Congregatio-

ne tunc existentium S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium praepofita plures emanata, ac ad alios Regulares extensa, per quæ decernitur, quod Fratres Ordinum Mendicantium ab Ordinariis Locorum, seu ab aliis Regularibus prohiberi minimè possint, quin per se ipsos in locis, ubi habent Conventus, eleemosynas querant, sed tantum, si extra loca, ubi Conventus reperiuntur, queritare voluerint, suorum Superiorum licentiam Ordinario ostendere teneantur per Nos confirmari plurimum desiderent. Nos ipsos exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulare personas a quibus excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa lati, si quibus quomodo libet innodata existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absoltas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum Cardinalium.

Decernentes easdem praesentes Literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari: sive in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caesiarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Provincia, & Ordinis praedictorum etiam juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Confuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodo libet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contraria quibuscumque.

Datum Rome apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die VIII. Julii MDCCXVII. Pontificatus Nostri Anno Decimo-Septimo.

Confirmatio  
præd. Privi-  
legiorum, &  
Decretorum.

Clausulae.

CLVII.

Confirmatur Decretum Congregationis Episc. & Reg. de divisione Provinciae S. Joannis Evangelistæ Insularum Azzorum, & Terfeiræ Fratrum Min. de Obsery.

Inn. XII. Conf. ed. 1700. Jul. 10. P. 9. confirmata fuit alternativa in d. Provincia. Hujus Pontificis Conf. ed. 1712. Dec. 23. P. 13. revocata fuit dismembratio Cœnobiorum a Provincia Neapolis FF. Discalce. Et Inn. XIII. Conf. ed. 1722. Jun. 22. P. 2. extat commissio Nuncio Neapolis super d. dismembratione.

CLE-